



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu**

**Pragae, Anno M.DCC.III.**

**VD18 13723553**

Eucharistia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](#)

dato non curantes obtemperare, nisi pœnituerint, & persvasiones, & inhibitiones, & prædicta revocaverint, intrâ triduum postquam fuerint requisiti, eo ipso. Ordinarii incurunt interdictum ingressus Ecclæ, ac suspensionem à regimine, & administratione suarum Ecclesiarum: inferiores verò ab eis, sententiam excommunicationis ipso facto incurunt. Concessit Sixtus IV. Minor. ut in eorum Monum. fol. 149. pag. 1. concess. 363.

Facultas requirendi, de qua in hoc §. communicatur Provincialibus, & iis, quibus ipsi commiserint.

Vide quod circa eleemosynas habetur verbo *Commutatio*. §. 4.

## EMPHYTEU- SIS.



N emphyteutica bona possint Nobis donari, vide verbo *Bona*. §. 6. An, & quomodo possint bona Societatis dari in Emphyteusim, vide verbo *Alienatio*. §. secundo.

## EUCHARI- STIA.

## §. I.

*Facultas Eucharistiam tenendi.*



Otest Societas in suis Ecclesiis, decenter tamen, sacro-sanctam Eucharistiam servare. PAULUS III. pag. 14.

## §. 2.

*Omnibus licet quocumque tempore Eu-  
char. sumere à nostris, Paschate excepto.*

Omnes Christi fideles, quovis anni tem-  
pore, Rectorum Parochialium Ecclesi-  
arum licentiâ minimè requisitâ, possunt  
à nostris sacram Eucharistiam accipere,  
præterquam in festo Paschæ, Resurrec-  
tions Dominicæ, & in mortis articulo, nisi  
necessitas urgeat. Paulus III. pag. 14.

Quamvis in Societatis Constitutionibus  
parte 7. cap. 4. d. exponatur festum Pas-  
cha juxta communem consuetudinem, in-  
telligi eam hebdomadam, que ipsum diem  
Resurrectionis præcedit, & simul eam, que  
subsequitur; excipi verò eos, quos jus  
ipsum excipit, nec non qui jam suis Parochiis  
satisfecerint; per privilegia tamen Minor-  
rum, aliorūque, restringi potest prædi-  
cta expositio ad ipsum diem Resurrectionis;  
juxta id, quod in §. sequenti dicitur: cu-  
jus quidem facultas, & hujus etiam §. com-  
municatur omnibus Sacerdotibus. Num-  
quam

quam tamen in alienis Ecclesiis sive licentia eorum, ad quos pertinet, hoc Sacramentum ministrabunt.

## §. 3.

*Etiam die Paschatis de licentia Parochi.*

Possunt Nostri Sacerdotes ministrare Sacramentum Eucharistiae omni tempore, præterquam in die Resurrectionis Domini; imò etiam dicto die licebit; sed tunc non nisi accedente Rectoris Parochialis, aut Diœcesani licentiâ. Habetur ex Bullis authenticis Nicolai V. & Sixti IV. pro Minoribus, ut in eorum Compendio V. Communicare. num. 4. & 5. Pauli III. pro Clericis Regularibus S. Pauli, dat. 8. Kal. Aug. 1535. Incipit: *Dudum felicis:* est 5. hujus Pontificis in Bull. cœm. in n. 7. & PII. IV. pro Minoribus, dat. 27. April. 1561. Incipit: *Ex clementi Sedis:* est 2. in Bull. Regul. & PII V. pro Mendicantibus dat. 7. Kal. Junii 1567. Incipit: *Etsi mendicantium:* est 41. in Bull. cœm. in n. 4. post primum §. 26.

## §. 4.


*Potest in nostris Ecclesiis Sacramentum ministrari à nostris, aliisque personis.*

Possunt Nostri in nostris Ecclesiis ministrare, ac ministrari facere Sacra-

tum Eucharistiae quibuscumque personis,  
quoties opus fuerit. Concessit Julius II.  
Minimis, per Bullam dat. 5. Kal. Aug.  
1506. Incipit: *Dudum: est 10. in Bull.*  
*comm. in n. 39.*

*Communicatur Superioribus, & iis qui-*  
*bis ipsi commiserint.*

Vide quæ habentur infrà verbo *Sacra-*  
*menta, & suprà verbo Altare.*



## EXCOMMUNI- CATIO.

### §. I.

#### *Quomodo excommunicatio proferenda.*



I Präpositi aut Rectores sen-  
tentiam excommunicationis  
in aliquem Nostræ Religio-  
nis in Congregatione, vel  
Communitate ferre velint, non tenentur  
eam scripto proferre, non obstante pœ-  
nâ juris. Habetur V. V. O. Leonis X.  
est 66. inter ejus Oracula in Bull. Regu-  
larium.

*Si in aliquo casu opus esset hac facultate,*  
*quilibet Superior, qui excommunicare potest,*  
*ea uti poterit.*

### §. 2.

*In ab.*